



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De non flectendo genua in oratione. Capvt XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

alio quodam ordinando loquens: Si nulla, inquit, ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obuiant: peccata mortalia, quæ a regno Dei excludunt, dicit morte mulctanda secundum regulam legis sacræ, qualis est illa: Neque fornicarii, nec idolis seruientes, nec adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt.

*De non flectendo genua in oratione.*

### CAPVT XXIX.

Ca. Ni. 20.

In oratione Dominici diei, & in diebus Pentecostes, & in magnis festis Domini oportet non flectere genua, sed stantes orare, & inclinari.

*De imponendis nominibus Christianorum in baptismo, & de hæreticis fidem Trinitatis, & formam baptisni integram retinentibus; & de aliis non retinentibus, dignis peiore nomine; & de modo eos recipiendi, cum veniunt ad fidem.*

### CAPVT XXX.

Fideles nomina gentilium filiis suis ne imponant; sed potius omnis natio Christianorum suis nominibus vtatur, vt gentiles suis vtuntur; imponanturque nomina Christianorum \* secundum scripturam in baptismo, & baptizentur in nomine sanctissimæ Trinitatis semper colendæ, & adorandæ anima, mente, & corde; & sanctificent dies festos omnes. Sed si fuerint alii Christiani contrarii in aliquibus, vocabuntur hæretici, & hoc nomine appellabuntur, Ioanium, & Memarium, & Surianium, quæ nomina \* Arabice significant homines secundum carnem, & non secundum Deum agentes; quamuis non corruperint scripturas, neque combusserint. Qui enim corruperunt, & dies festos mutauerunt, & fidem conturbarunt, ac confuderunt, reliqueruntque genuflexionem, spreuerunt ordinem ecclesiæ, & alium sibi modum instituerunt, non debent appellari Memar-